Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



ECCLES. 250

Et hoc grauitas. qui multe sūt opes· multi & quos comedunt eas. Et qd pdē possessori· nisi q̄ cernit diuitias oculis suis· Dulcis ē somnus operanti· siue pauca siue multum comedat· Satietas autē diuitis· nō sinit eum dormire· Ē & alia infirmitas pessima quā utinā sibi fuisset· diuitie reseruate in malum eius· Perierunt enim in afflictione pessima· Generauit filium cui nihil est in manu· Sicut egressus est uterus matris sue sic reuertetur· & nichil auferet secum de labore suo· Miserabilis pr̄s infirmitas· quomodo uenit sic reuertet· Quid ei prodest qui laborauit in ventum· omnes dies nr̄e fluxerunt in tenebris & curis multis· & in erumpna atq; infirmitate· Hoc itaq; michi uisum ē bonum· ut comedat quis & bibat· & fruatur lētitia ex labore suo· quo laborauit sub sole· numero dierum nr̄e fluxorum quos dedit ei deus· et hec ē ps illius· & omni homini cui dedit deus diuitias atq; substantiam· potestatemq; et tribuit· ut comedat ex eis· & fruatur ps̄ sua· & letetur de labore suo· hoc ē donum dei· Non enim satis recordabit dierum nr̄e fluxorum· qd̄ deus occupet delitias cordis eius·

VI·

Est & aliud malum qd̄ uidi sub sole· & quidem frequens apud homines· Homo cui dedit deus diuitias & substantiam & honorem· & nichil deest animę suę ex omnibus que desiderat· nec tribuit ei deus potestatem· ut comedat ex eo· sed homo extraneus deuorabit illud· hoc uanitas & magna miseria ē· Si genuerit centum filios· & uixerit multos annos· et plures dies temporis fuerint· & anima illius non utatur bonis sui· sepulturam quoq; careat· de hoc ego pronuntio· qd̄ melior illo sit abortiuus· frustra enim uenit· & pergit ad tenebras· & obliuione delebit nomen eius· non uidit solem· neq; cognouit differentiā boni & mali· Etiam si duobus milibus annis uixerit· & non fruitur bonis· nōne ad unum locum properant omnia· Omnis labor hominis more eius· & anima illius non implebit· Quid habet sapiens amplius stulto· & quid pauper· nisi ut pergat illuc ubi est uita· Melius est uidere quę capias· quā desiderare qd̄ nescias· Et hoc uanitas & presumptio spūs· Qui fuerunt ex ē iam uocatum est nomen eius· & scitum est quod homo sit· & non possit iudicio fortiorem se in iudicio rectē·

VII·

Verba sunt plurima· multaq; uanitati seruientia· quid ergo· Quid nōne ē hoc melius se querere· cum ignoret quid conducat sibi in uita sua· numero dierum peregrinationis sue· & quę pr̄eterfluunt umbra pr̄terit· Aut quis ei poterit indicare quid post eum futurum sit sub sole· Melius est nomen bonum quā unguenta pretiosa· & dies mortis· die natiuitatis· Melius ē ire ad domum luctus· quā ad domum conuiuii· In illa enim finis cunctorum admonetur hominum· & uiuens cogitat quid futurum sit· Melior ē ira risu· quia per tristitiā animus emendatur· Cor sapientium ubi tristitia est· & cor stultorum ubi letitia· Melius ē a sapiente corripi· quam stultorum adulatione decipi· quia sicut sonitus spinarum ardentium sub olla· sic risus stulti· Et hoc uanitas· Calumpnia conturbat sapientem· & perdet robur cordis illius· Melior ē finis orationis quā principium· Melior ē patiens arrogante· Ne celer sis ad iram· quia ira in sinu stulti requiescit· Ne dicas quid putas causę est· quod pora temporum meliora fuerint quam nunc sunt· Stulta enim ē hec interrogatio· Melior ē sapientia diuitiis· & magis prodest uidentibus solem· Sicut enim protegit sapientia· sic pro-